

non percunt; at in itinere prædicto constitit, hanc equis noxiam plantam omninò esse *Phellandrium**. Si tu novisti aliquid de hujus noxâ in equis, quæso, mihi significes.

Aconitum cæruleum s. Napellus 1. C. B. occidit apud nos boves et capras; sed equi illud absque noxâ consumunt.

Equi non gustant aut edunt Galium, Myosotidem, Agrimoniam, Hypericum, Ulmariam, Valerianam, Convallariam, Angelicam, Epilobium, Comarum, Pterin, Geranium, Trollium, Arnicam, Alismam.

Boves non gustant Arnicam, Ranunculum, Caltham, Cicutam, Asclepiadem.

Oves læduntur ab Antherico, Droserâ, Pinguiculâ, Myosotide, Equiseto, Flamulâ, Mercuriali, Andromedâ (utî à Coriariâ tuâ, Capræ)**.

* Percunt apud nos Equi ex plantâ, quam edunt siccam in fœnis et vocant rustici non modò plantam sed et morbum Stækra : dudùm intellexi plantam esse *Phellandrium*, sed miratus qui feret, quòd Equi non perirent ubiquè, sed tantùm in certis provinciis; tandem mihi innotuit causam mali equorum causari ab insecto, quod habitat intrâ caules *Phellandrii* et est *Curculio Phellandrii*, L. Consul. Noxa insectorum, *Amæn. Acad.*, vol. III, p. 557. *Curculio*, primus Faunæ. (LET. à B. de Juss., 40 Aug., 1750, *Act. præc.*, p. 211.)

** Liñé nous paraît répondre à des renseignements demandés sur les qualites nuisibles de certaines plantes, sujet d'un Mémoire de Sau-